





213.





## Disputatio III.

## DE FENIURIIS,

QVAM;

*Spiritus sancti fauente gratia:*

SVB PRÆSIDIO

CONSULTISSI-

MI VIRI, DOMINI HENRICI BO-

GERI, V. I. D. CLARISSIMI, ET IN ILLV-

stri Tubingensium Academia Iuris Feudalis Professoris

celeberrimi, Præceptoris sui deuotè  
colendi,

ORDINARI EXERCITII GRATIA,

*hora locoq; consuetis, pro exigui sui ingenioli viri-*  
*bus propugnabit*IOANNES SEBASTIANVS  
LVTZ, STVDGARDIANVS.

TUBINGÆ,

*Apud Georgium Gruppenbachium.*

ANNO M. D. XCVIII.



Digestio III.

DE RE IURIS

JOHANNES SARTORIUS

AVD PARADISO

COMPLUTI 1551

MI. V. R. L. DOMINI HENRICI BO

CESS. V. R. D. CLARISIMI. ET IN ILL.

In Thiburgensi Academiae Juris Prædictæ Professoris

Collegii Præcipui Prædictæ

colendi


ORDINARI EXCEPTE GRATIA

JOHANNES SARTORIUS

AVD PARADISO

IOHANNES SEBASTIANVS

AVD PARADISO





# Disputatio III.

## DE INIURIIS,

### THESIS I.

**N**unc de iniuria dispiciendum. Est autem iniuria delictum, (a) quo quis alium iniuratum, (b) contumelia, (c) immerito, (d) afficit.

(a) l. 4. ff. de oblig. & act. Instit. de oblig. qua ex delict. nasc. in princ. vers. Nam omnes. l. vlt. in princ. C. de iniur. (b) l. 1. §. vsque adeo, in fine. ff. d. t. c. scienti. de reg. iur. in 6. l. cum donationis 34. ibi, nec vnquam volentibus dolus inferatur. C. de transact. §. vlt. Instit. de iniur. l. non solum 11. §. 1. ff. eod. tit. Iul. Paul. lib. 5. sentent. tit. 4. in princ. (c) d. l. 1. in princ. & ibi. gl. in verbo, contumelia. l. Prator. 7. §. atrocem, ibi, cōtumeliosorem. l. iniuriarum. 13. ibi, etiam si ad contumeliam. l. Item apud. 15. §. Si quis seruo, ibi, altera ad contumeliam. & §. pen. ibi, si in contumeliam. item. ibi, quoties in contumeliam. ff. de iniur. & Instit. tit. eod. in prin. Est autem contumelia contemptus siue despectio, ad infamiam, vel inuidiam, & pudorem alicuius spectans. d. l. item apud. 15. §. Sed quod adijcitur. l. Senatoconsul. 38. l. 1. §. vsque adeo, ibi, nostrum pudorem pertingit. ff. de iniur. Ludolphus Schrader. nrm. 3. consilij, quod est 40. sub Tomo 1. variorum consil. Iurisconsultorum Germania. (d) l. eum qui 18. in prin. ff. de iniur. & l. 3. C. de offic. Rector. Prouin. Donell. lib. 15. commentar. cap. 24. pag. 448. lin. 41. Et Cuiac. in lib. 55. Pauli ad edictum. pag. 78.

### II.

Etsi verò iniuriam veteres iuris autores inter priuata delicta connumerent, (a) quandoque tamen etiam publicum est delictum. (b)

(a) l. iniuriarum 7. & d. l. vlt. in princ. C. de iniur. (b) l. vni. C. de famosis libel. l. lex Cornelia. 5. §. Si quis librum, & l. seq. ff. de iniur. gl. in l. iniuriarum 7. C. d. t. l. hos accusare 12. §. vlt. & ibi Bart. ff. de accusat. iunct. d. l. 5. §. Si quis librum. ff. de iniur. l. Si quis in hoc 10. C. de Episc. & Cler.

### III.

Cæterum circa iniuriam duplex inspectio incurrit: vna est de ipsa iniuriæ impositione, altera de impositæ iniuriæ vindicatione.

L 2

In im-po-





DISPUTATIO QUARTA,

III.

In impositione iniuriæ spectamus tum eum, qui iniuriam alicui facit, & qui patitur iniuriam: tum modum inferendi iniuriam.

V.

Iniuriam facit, qui doli capax est, non etiam furiosus, & impubes, qui doli capax non est.

*l. 3. §. 1. & §. 2. ff. de iniur.*

VI.

Nec refert suo proprio iudicio, & per se, vel ab alio concitatus, aut per alium quis iniuriam alicui faciat. Nam & alterius operâ, & monitu alterius quis alicui iniuriam imponere potest.

*l. lex Cornelia §. si quis librum. & l. Item apud Labeonem 15. §. 2. & §. fecisse conuitium. ff. de iniur. §. 1. ibi, doloue malo fecit. Instit. eod. tit. Paul. lib. 5. sent. Tit. 4. Pertinet huc, quod Plautus in Curcul. actu 3. in fin. Qui, ait, monet, quasi adiuuat. Et scribit Chassena. ad consuetud. Burg. Rubr. 1. §. 5. num. 74. pag. 202. quod & is, qui de facto resistere potest, ne alicui iniuria fiat, nec tamen resistit, teneatur ac si ipse iniuriam inferat.*

VII.

Et si plures iniuriam faciant, tot sunt iniuriæ, quot personæ facientium iniuriam.

*d. l. Item apud 15. §. Siue vnus siue plures. & l. si plures 34. ff. de iniur. l. si familia. 9. ff. de iurisdic.*

VIII.

Patitur autem iniuriam, & qui non intelligit, quid iniuria sit, ut infans, furiosus, mente captus: (a) Ei verò, qui sentit, non nisi iniuriam fieri dicitur. (b)

(a) *d. l. 3. §. 1. & 2. ff. eod. tit.* (b) *per textus ad thesin 1. sub lit. b. adscriptos.*

IX.

Et patitur quis iniuriam vel per semetipsum, vel per alias personas, puta per liberos suos, per seruos, per vxorem, per nurum, per sponsam. Spectat enim ad nos, & ad nostram existimationem iniuria, quæ in his fit, qui vel potestati nostræ, vel affectui subiecti sunt.

*l. 1. §. Item per semetipsum. & §. seq. & §. vsq. ad eod. & §. vlt. ff. de iniur. §. patitur autem. Instit. eod. tit. Per seruos autem nostros tunc demum nobis fieri iniuria intelligitur, si quid in eos atrociter, vel ad nostri contumeliam factum fuerit, l. Item apud 15. §. si quis sic fecit, & §. Itaq. Prætor, ff. h. r.*

Et si



## X.

Etsi fortè cadaueri aut famæ defuncti fiat iniuria, heredi eius, bonorum ué possessori ea iniuria fieri intelligitur: quippe cum ea ad horum existimationem spectet.

*d.l.1. §. & si fortè. ff. h. t. & l. ossa 8. in prin. ff. de relig. & sumpt. fun. Et scribit post alios Chassena. ad consuetud. Burg. Rubr. 1. §. 7. num. 40. & 41. quòd executori, vel officiali meo facta iniuria, mihi imposita censeatur. Iniuria item procuratori facta, domino facta intelligitur, vt tradit Ioan. de Prato, consil. 9. n. 9. Tomo secundo consilior. crim.*

## XI.

Licet autem iniuria genero nostro, vel socero, vel vitrico, vel priuigno, vel sobrino, vel alij affini, aut etiam cognato imposita, nos etiam pertingat, (a) ex ea tamen conuictator ille nobis non obligatur, sed illa impedit duntaxat iudicationem & testimonij dictionem, agente scilicet ex isthac iniuria affine, aut cognato nostro, qui iniuriam passus est. (b)

(a) *l. lex Cornelia. 5. in prin. vers. quæ lege. ff. de iniur. Bart. ad l. tutor. 5. ff. de suspect. tutor. Thomas de Saluetis consil. 28. num. 5. Tomo 2. consilior. criminal. Et Iustinianus Bondenarius consil. 54. num. 13. Tomo consil. crim. eod. (b) d.l. Lex Cornelia. 5. in prin. ff. de iniur. VVesenbec. post alios consil. 22. n. 29. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 3. casu 262. num. 4. & 5.*

## XII.

Similiter si viro aut sponso inferatur iniuria, vxori aut sponsæ eius inde non nascitur iniuriarum obligatio.

*l. 2. & d.l. Item apud. 15. §. sponsum. ff. de iniur. Hennig. Göden consil. 102. num. 5. & seq.*

## XIII.

Est & illud hîc notandum, non fieri iniuriam illi, qui de vero quodam crimine ab aliquo, vt eius flagitium vulgò dispalescat, infamatur, cum peccata nocentium nota esse & oporteat & expediat.

*l. eum qui nocentem 18. in prin. ff. de iniur. & l. 3. C. de offic. Rectoris prouinc. Cuiac. in lib. 55. Pauli ad edictum. pag. 78. & Donel. lib. 15. Comment. cap. 24. pag. 448. lin. 41. & pag. seq. lin. 28. & seqq. Sed obstare videtur l. 3. C. quemad. testam. aper. & de hac conclusione in primis etiam videndi Dd. nostri, ad d.l. eum qui. ff. de iniur. Boër. consil. 4. num. 19. 32. & seqq. vbi septem opiniones refert. Oldrad. consil. 53. Vvurmbser. lib. pract. obser. tit. 46. obseruat. 6. Didac. Couar. lib. 1. variar. resolut.*



solut. cap. 11. num. 6. & 7. Coras. lib. 6. Miscell. cap. 24. num. 7. Gomez Tomo 3. cap. 5. num. 2. And. Geil. lib. 2. obseru. pract. obseruat. 99. Ioachim. à Beust ad Tit. de iur. iurando. pag. 177. Schrader. conf. 40. num. 77. vers. Nono. Tomo 1. variorum. consilior. Iureconsultorum German. Matth. Coler. in tract. d. process. execut. parte 1. cap. 8. num. 79. Ioan. Robert. aurel. lib. 2. sentent. cap. 7. & tract. fallentiar. in lit. V. Regul. 784.

## XIII.

Hinc qui blasphemat Deum, impunè ab aliquo vocari potest, homo sceleratus, ein ehrtloser Mensch.

Reichsabschied / de anno 1530. pag. 225. fac. 2. vers. vnd so solche / c.

## XV.

Modus faciendi iniuriam tùm formalis est, tùm accidentalis.

## XVI.

Formalis modus faciendi iniuriam in duobus consistit: vt sunt tùm affectus, id est, voluntas & propositum, facientis iniuriam, (a) quo maximè iniuria ab alijs delictis distinguitur: (b) tùm factum aliquod contumeliosum. (c)

(a) l. 3. §. 1. ff. de iniur. l. qui seruum. 34. in prin. ff. de oblig. & act. l. si non conuicijs. 5. C. de iniur. Nicol. Boër. consil. 4. num. 2. Francis. Duar. in Commentar. ad dict. Tit. de iniur. cap. 1. Hinc animus iniuriandi dicitur fundamentum & substantia iniurie. Mynsinger. Resp. 51. num. 11. Decad. 6. & Resp. 74. num. 6. Decad. 7. Henning. Göden consil. 31. num. 11. & consil. 106. num. 27. Item dicitur substantiale requisitum actionis iniurie. Andr. Geil. lib. 2. obseru. pract. obser. 99. num. 5. (b) l. qui iniurie 53. in princ. ff. de furt. (c) Non sufficit affectus facientis iniuriam, sed & ipsum insuper factum iniuriosum, id est, contumeliosum requiritur. d. l. iniuriarum. 13. §. Si quis de honoribus. & d. l. Item apud. 15. §. si curauerit quis. ff. de iniur. Id quod arguit etiam l. 4. vers. nam he. ff. de oblig. & act. & Tit. Inst. de oblig. que ex delict. nasc. in pr. ibi. Nam omnes ex re nascuntur. Factum, inquam, contumeliosum. Nam vt affectus iniuriandi vnum huius delicti requisitum est: sic ipsa contumelia, facta quodam imposta, alterum eius substantiale est requisitum. per textus ad Thesin 1. sub lit. C. adscriptos. Vtrunque illud requisitum coniunctim proponitur in l. 5. ibi, conuicij consilio te aliquid iniuriosum dixisse. C. de iniur. Nunquid ergo non tenetur iniuriarum actione, qui alicui suum non exhibet honorem? Ita dicendum videtur per d. l. 13. §. Si quis de honoribus. vbi vide Bart. argu-



argumentum. ff. h. t. facit l. Si cuius. 13. §. de prateritis. vers. quia sunt casus. ff. de vsu fructu.

## XVII.

Non ergò facit iniuriam, qui per iocum aut dum certat, percutit aliquem: (a) vt nec ille, qui iure publico, quid facit; vt si magistratus pro officio iurisdictionis bona alicuius capi & distrahi, vel quem ob malefium in carcerem duci iusserit: aut si apparitor iusu magistratus aliquem in carcerem duxerit, & repugnantem vi ire compulerit. (b) Neque facit iniuriam astrologus, vel qui aliquam illicitam diuinationem pollicetur, si consultus aliquem furem dixerit. (c)

(a) l. 3. §. pen. ff. de iniur. Nisi iocus ille æquo frequentior fiat. Damhouder. in praxi rer. crimin. cap. 137. num. 12. (b) l. Iniuriarum 13. §. 1. & §. que inter magistratus. l. quod Reipub. 33. ff. eod. tit. Pertinet huc quod Cic. lib. 1. de offic. scribit: Omnis animaduersio & castigatio contumelia vacare debet. (c) l. Item apud. 15. §. Si quis Astrologus. ff. d. t.

## XVIII.

Hinc etiam non fit iniuria, si quis amicus aut cliens matronam honoris causa affectetur: (a) vel præceptor aut magister monendi & docendi causa discipulum pulset, aut verberet, aut ei conuicietur. (b)

(a) d. l. Item apud. 15. §. meminisse. ff. de iniur. (b) l. Item queritur 13. §. Item Iulianus. ff. locati. l. Sed & si 5. §. vlt. ff. ad L. Aquil. Bart. consil. 104.

## XIX.

Non præsumitur etiam iniuriam facere, qui sanguine iunctos, (a) veluti liberos emancipatos, (b) aut libertos suos, (c) corrigendi & emendandi causa obiurgat.

(a) per l. vn. C. de emendat. propinquor. facit d. l. 5. §. vlt. ff. ad Leg. Aquil. gl. ad l. vestem. 39. ff. de iniur. Vvurmbser. lib. pract. obseru. Tit. 46. de iniur. obser. 10. And. Geil. lib. 2. obser. practic. obs. 106. num. 6. Joseph. Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 902. num. 12. 13 & 14. (b) l. Prætor 7. §. Sed & si quis ex liberis. ff. de iniur. (c) d. l. 7. §. præterea. & l. non solum. 11. §. quanquam. ff. d. t.

## XX.

Si tamen parens emancipatos liberos, vel patronus libertos suos, atroci-



atrociter pulset, aut vulneret, iniuria eos afficit, & iniuriarum actione conuenitur.

De liberis emancipatis textus est in d.l. 7. §. sed & si quis ex liberis. ff. de iniur. De libertis, in d.l. 7. §. praterea. & d.l. non solum 11. §. quanquam. ff. d. t. & l. 6. C. eod.

## XXI.

Quæritur de ebrio, an & hic conuicium obijciendo iniuriam faciat? Nos in negatæ sententiæ defensionem proniores sumus, (a) si de iniuria, vt vero delicto, & pro qua ordinaria imponitur pœna, quæstio intelligatur.

(a) Nam iniuria ex affectu facientis consistit l. 3. §. 1. ff. de iniur. Sue, vt Paulus Iuriconsultus loquitur, ex affectu fit. l. qui seruum 34. in princ. ff. de oblig. & act. & conuicij consilium desiderat. l. si non conuicij. 5. C. de iniur. Ebrius autem furioso similis est. c. venter. Distinct. 35. & quid loquatur nescit, proindeq; mortuo comparatur. c. sanè. 15. q. 1. Nescit item se delinquere. c. Inebriarunt. 15. q. 1. Et non ex proposito, sed impetu quodam peccat. l. perspicendum 11. §. pen. ff. de pœnis. Eiusq; voluntas neque per se, neque per accidens in delictum fertur. In potationem quidem eius voluntas directò fertur, in ebrietatem saltè per accidens: In delictum neque directò, neque per accidens, vt patet ex d. c. inebriarunt. 15. q. 1. Et tradit eleganter Didac. Couar. ad clemen. si furiosus. Tit. de homicidio. part. 2. in initio. num. 2. & §. 4. num. 10. & §. 5. num. 3. & 4. Vnde iniuriam, quæ verum delictum est, non facit ebrius, proindeq; iniuriarum actione non tenetur. Ang. ad d. l. si non conuicij. 5. num. 7. C. de iniur. Damhoud. in praxi rer. crim. cap. 137. num. 12. Mynsing. Resp. 60. n. vlt. Decad. 6. (b) Quandoq; culpâ alicuius contumelia quis afficitur: sed tunc iniuria non verum, sed quasi delictum est, & non iniuriarum, sed in factum actio competit. Bart. & Ang. ad d. l. Iniuriarum actio 13. §. Idem Labeo. ff. de iniur. & addit. ad Guidon, Pap. quæst. 324. Sed ebrius, quando aliquem iniuria afficit, non dolo, sed culpa sua iniuriam facit, quippe cum culpa sit plus æquo, & ad ebrietatem vsque potare. d. c. inebriarunt. 15. q. 1. d. l. perspicendum. 11. §. pen. ff. de pœnis. Ang. ad d. l. si non conuicij. 5. n. 8. C. de iniur. Didac. Couar. d. §. 5. num. 3. & 4. Et ob hanc culpam ebrius puniri, sed mitius arbitrio scilicet iudicis debet. d. l. perspicendum 11. §. pen. vbi Bart. ff. de pœn. l. omne delictum. 6. §. per vinum. ff. de re milit. Gomez. lib. 3. cap. 1. num. 73. & Menoch. lib. 2. de arbit. Iud. cent. 4. casu 326. n. 4.

## XXII.

Ebriosus autem, id est, qui ex vicioso habitu, & consuetudine sciens prudensque inebriatur, si consueuerit esse rixolus, & excitare turbas,



43.

D E I N I V R I I S.

turbas, aliosque verbis contumeliosis proscindere neque ignoret se ebrium tali vitio laborare, quia tunc ebrietas ad casum destinata censetur, iniuriam facit.

*per ea, quæ tradit Ant. Geil. lib. 2. obser. pract. obser. 110. num. 26. 27. & 28.*

XXIII

Similiter, iniuriam facit, qui in rixam inconsulto calore pro- lapsus, criminis cuiusdam conuicium alicui obijcit.

*d. l. Si non conuicij. §. C. de iniur. Quidam tamen ex Dd. volunt, si eum, qui per iracundiam iniuriosa alicui verba dixit, postea sedato animo pœniteat facti, & reuocet illud, excusationis locum esse, vide Vvesenbeccium in paratit. ff. de iniur. num. 4.*

XXIV

Accidentalis iniuriam faciendi modus est, quo iniuria vel realis est, aut verbalis (a) vel atrox aut leuis. (b) Diuisionem autem iniuriæ, quæ Labeo (c) iniuriam diducit in eam, quæ corpori infer- tur, & eam quæ ad dignitatem, vel ad infamiam pertinet, non satis esse logicam putamus.

*(a) l. 1. §. 1. ff. h. t. (b) l. Sed si vnus 17. §. quedam iniur. ff. d. t. & §. atrox. Inst. eod. (c) Referente Vlpiano in l. 1. §. omnemq. ff. d. t. vide Donel. lib. 15. commen. cap. 24 pag. 446.*

XXV

Realis iniuria est. cùm quis factò quodam iniuria afficitur, vt si alicui manus inferantur: (a) Ea que duplex est; aut enim in corpus inferitur, aut extra corpus imponitur. (b)

*(a) d. l. 1. §. 1. ff. h. t. (b) l. Sed est questionis 9. in prin. ibi. Quod dicimus re iniuriam atrocem fieri, vtrum si corpori inferatur, atrox sit, an etsi non corpori. ff. de iniur. Et Paul. lib. 5. senten. Tit. 4. in prin. ibi, Iniuriam patimur aut in corpus, aut extra corpus.*

XXVI

In corpus inferitur iniuria, cum alicuius corpus contumeliosè tractatur: vt si quis vel pugna pulsetur: vel fustibus cedatur: vel verberibus: (a) aut pulsatus quidem non sit, verum manus aduersus eū leuata, & sæpè territus quasi vapulaturus: (b) vel stuprum alicui inferatur: (c) vel de stupro interpelletur: vel quis stupri causa in ali- quam irruat: (d) Item si quis fimo corrupto aliquem perfuderit:

M

vel



vel cæno aut luto conspurcarit, (e) aut barbam alicui expilarit. (f)

(a) d.l.1. §. omnemq. l. 5. in princ. vers. Lex itaq. ff. de iniur. (b) Paul. dict. lib. 5. Tit. 4. in prin. l. Item apud 15. §. 1. ff. de iniur. iuncto argumento §. corpori iniuria. Tit. 4. lib. 5. Senten. Pauli. (c) Paul. dict. Tit. 4. in prin. & §. corpori iniuria. (d) l. 1. §. pen ff. ad leg. Cornel. de Sicar. Paul. lib. 5. senten. Tit. 23. §. Qui latronem. (e) l. 1. §. 1. ff. de extraord. criminib. (f) Bald. ad Tit. 29. de pace tenenda, & eius violator. num. 8. lib. 2. Feud. & ibid. etiam Aluarot. ad §. Si aliquis aliquem. num. 53.

## XXVII.

Extra corpus re alicui iniuria infertur, quando quis citra corporis sui offensionem facto quodam despicitur: vt si quis iniuriæ causa ianuam alicuius effringat, (a) si domum alterius vi introeat, (b) si marronæ comitem abducatur, (c) si quis alicui aquas contumeliosè spurcet, fistulas, lacus, quidûe aliud contamine, (d) si litigator arbitrum, aut iudicem spernat, & ad alium eat, (e) si quis non debitorem, vt debitorem, iniuriæ faciendæ causa appellet, (f) si quis alicuius bona, vel rem vnâ per iniuriam occupet, (g) si pignus proferibat venditurus tanquam à me acceperit, (h) si matremfam. aut prætextatam prætextatamue affectetur, (i) si quem claudum, cæcum, aut ad furcam contumeliosè pingat, (k) si quis in contemptum alicuius lugubri, aut squalida, vel alia veste vtatur, (l) vel linguam in despectionem alterius exerat, oculos distorqueat, barbam capillôsue demittat, (m) si fœmina cum quodam vituperio pingatur nuda, (n) si quis in mari prohibeatur piscari, vel euerriculum ducere, vel in publico lauare, vel in cauea publica sedere, aut quo alio loco agere, sedere, conuersari, vel sua re uti, (o) &c.

(a) l. qui iniuria 53. in princ. ff. de furt. (b) l. Lex Cornelia 5. in prin. l. qui in domum 23. ff. de iniur. §. Sed & lex Cornelia. Instit. d. t. (c) l. 1. §. omnemq. l. Item apud 15. §. Si quis virgines. vers. Si igitur. & §§. seqq. ff. eod. (d) l. 1. §. 1. ff. de extraord. crimin. Iul. Paul. lib. 5. sentent. tit. 4. (e) l. litigatores 11. in prin. ff. de recept. arbitr. (f) l. Item apud 15. §. Si quis non debitorem. ff. de iniur. (g) d. l. Item apud 15. §. Si quis bona. ff. d. t. (h) d. l. Item apud 15. §. Item si quis pignus. ff. eod. tit. & l. primo gradu 23. ff. qua in fraud. credit. & §. 1. vers. valde enim prospectum. Instit. quibus ex causis manumit. non lic. (i) §. Iniuria autem committitur. vers. siue quis matremfam. Instit. de iniur. (k) Iodoc. Dambouder. in praxi



praxi rer. criminal. cap. 139. (l) d. l. Item apud. 15. §. hæc autem ferè sunt. & l. sordidam. 39. ff. de iniur. (m) argumento textuum proximè citatorum, & scribit Damhouder. dict. cap. 139. (n) Paris de Put. de Syndic. pag. 273 num. 6. Iul. Clar. lib. 5. Sentent. §. fin. quæst. 68. num. 25. (o) l. Iniuriarum actio. 13. §. vlt. ff. de iniur.

XXVIII.

Verbalis iniuria est, quæ vel dicto, (a) vel scripto, (b) alicui imponitur, in iudicio, vel extra iudicium. (c) Quòd licèt aliqua sub conditione fiat, veluti, si hoc dicis, siue si hoc dixisti, siue si hoc fecisti, fur & scelestus es: iniuriarum tum obligatio nascitur, modò id, quod spectat proferens hæc verba, dictum aut factum sit. (d)

(a) l. Si non conuicij 5. ibi, iniuriosum dixisset. C. de iniur. l. aut facta 16. in prin. ibi, aut dicta, vt conuicia ff. de pæn. (b) d. l. aut facta. in prin. ibi, aut scripta, vt famosi libelli. ff. d. t. VVurmbser. lib. practic. obser. Tit. 46. de iniur. obser. 11. & And. Geil. lib. 2. obser. practic. obser. 104. (c) VVurmbser. d. Tit. 46. obser. 17. Didac. Couar. lib. 1. varia. resolut. cap. 11. num. 6. & 7. VVesenbec. consil. 22. num. 30. part. 1. (d) Conditio enim, quæ ad præsens, vel præteritum tempus refertur, propriè conditio non est, quippe cum statim proferentis intentionem efficiat puram, si id sit, & ita se habeat, quod conditione continetur l. conditio. 100. ff. de verb. oblig. l. cum ad tempus 17. ff. de reb. credit. & §. conditione. Instit. d. t. Vnde & iniuria hoc modo illata, pura est & non suspensa. Zas. ad d. l. conditio. 100. ff. d. t. Quidam tamen propter naturam conditionum dissentiunt, vt Dec. consil. 487. num. 6. part. 4. Et post alios, quos citat Schrader. consil. 40. n. 34. Tomo 1. varior. consil. Iureconf. German.

XXIX.

Dicto fit iniuria, cum voces turpes, (a) id est, contumeliosæ in aliquem pronunciantur: vt si quis te Sycophantam, id est, delatorem, (b) vel homicidam, (c) vel seruum, (d) aut te honestam fœminam meretricem vocet, (e) vel aliud aliquod verbum, quo tua opinio minuatur, (f) vt quòd delictum aliquod commissum, vel in genere, vel in specie denotat, (g) tibi obijciat: Idque si pluribus vocibus cum vociferatione in cœtu fiat, conuicium dicitur, (h) à quo maledictum differt. (i)

(a) l. Item apud. 15. §. Qui turpibus. ff. de iniur. (b) l. 3. C. eod. tit. (c) l. si non conuicij. 5. C. d. t. (d) l. qui liberos 9. & l. seq. C. eod. (e) vid. Men. lib. 2. de arb. Iud. cœt. 4. casu. 328. (f) d. l. 3. C. h. t. (g) Bart. Alex. & Imol. in l. Et si pepercerit. M 2 3. in prin.



in prin. ff. de liber. et postu. Aug. Aret. ad Tit. Instit. de iniur. in prin. num. 2. (h) d. l. Item apud 15. S. conuicium 6. ex his. & S. seq. ff. de iniur. De voce conuicij vide Ioan. Robert. Aur. lib. 2. sentent. cap. 7. & Donel. d. ct. lib. 15. cap. 24. pag. 447. lin. 19. & seqq. (i) Iul. Paul. lib. 5. sentent. Tit. 4. S. maledictum. & S. seq. & Vlpian. in d. l. Item apud 15. S. Ex his apparet. ff. de iniur.

## XXX.

Verbo item tu mentiris, infertur alicui iniuria, (a) licet quis veniam sit præfatus, aut verbum hoc protulerit cum honoris præfatione, saluo honore tuo. (b) Si quis tamen prouocatus ad defensionem suæ innocentiae, & honoris conseruandi gratia retorsione vtatur, & alicui obijcienti falsum crimen, tu mentiris incontinenti dixerit, (c) licet adiecerit, tu mentiris, vt fur, siue tanquam scelestus, aut latro, (d) &c. non obstringitur obligationis vinculo.

(a) per textum in c. Is autem. 22. q. 2. (b) Iason. num. 36. Dec. num. 36. ad l. vt vim. 3. ff. de Iustit. & iur. Didac. Couar. lib. 1. var. resolut. cap. 11. num. 1. Iodoc. Damhoud. in praxi rer. crimin. cap. 136. num. 6. & 7. Ioan. Coras. lib. 6. Miscel. cap. 24. num. 3. & 4. Vvurmbser. lib. practic. obser. Tit. 46. de iniur. obseru. 4. & 18. Andr. Geil. lib. 2. obseruat. pract. obseru. 100. num. 3. & seqq. & obseru. 101. Vvesenbec. in paratit. Cod. Tit. Quando liceat vnicuiq. num. 5. Ioan. Schneid. ad Tit. Instit. de iniur. S. 1. num. 8. & seq. Iacob. Menoch. consil. 41. num. 32. lib. 1. Duar. ad Tit. de acquirend. hered. cap. 3. Ideo autem protestatio non excusat, quia semper factore repugnat c. sollicitudinem. ext. de appell. c. gratum. ex. de offic. delegat. vide post alios dissentientem Ludouic. Carer. in pract. criminal. mibi. pag. 177. num. 14. (c) per textum in l. Quæ omnia 25. vers. Sed si aduersarius. ibi, dicat dominum mentiri iunct. vers. nisi forte purgare magis conuicium. & vers. caterum. ff. de procur. Schrad. consil. 40. Tomo 1. consilior. varior. Iurisconsultor. German. n. 14. & multis seqq. Damhouder. Coras. num. 6. Vvurmbser. Geil. Vvesenb. Schneid. dictus locus. Est & illud hic notandum, quod dixi, falsum crimen. Nam si vrum tibi obijcienti crimen, responderis, tu mentiris, iniuriarum actione ei teneris, vt communis est Dd. sententia, eaq. in praxi obseruatur, vt autoritatibus probat Boër. consil. 4. num. 28. (d) Mynsinger. cent. 5. obseru. 17. num. 3. Et Schrad. d. consil. 40. num. 34. & aliquot seqq.

## XXXI.

Quòd si verò ei, qui te homicidam, aut latronem, aut furem vocat, responderis simpliciter, tu adulter, tu prædo, vel similiter, tu homicida



micida eos, non exusaris: sed vt ipsi tibi, ita tu vicissim illi obligaris, quamuis tu prouocatus mitius puniendus sis.

*c. veniens, ibi, alternatim conuicia inferendo. ext. de iureiur. Specul. Tit. de accusatore. num. 11. Vurmser. lib. pract. obseru. Tit. 46. de iniur. obseru. 4. & 15. And. Geil. lib. 2. obseru. 100. num. 10. & 9. Ioan. Schneid. ad §. 1. num. 12. Inst. de iniur. Schrader. d. consil. 40. num. 8. Tiraquel. de pœnis temperand. causa. 1. n. 12.*

## XXXII.

Verbo autem medio, siue indifferente, non præsumitur inferri iniuria, vt si dixeris alicui, Tu dicis falsum.

*per c. Is autem 22. q. 2. & facit. l. Interpretatione 42. ff. de pœnis. Et tradit Ias. ad l. turpia 54. in princ. num. vlt. ff. de leg. 1. Et post alios Ioan. Schneid. ad §. 11. num. 10. Inst. de iniur.*

## XXXIII.

Qui item dicit cuiuspiam: Te sum nobilior, siue, honestior sum quam tu, vel probior te sum, nullam ei imponit iniuriam.

*Bart. consil. 5. num. 2. sub tomo 1. consil. criminal. Ioan. Baptist. de plotis, consil. 131. num. 20 sub eod. tom. 1. cons. crim. Ratio est, quod qui hac in aliquem profert verba, fatetur eum esse nobilem, honestum: & probum: quippe cum comparatiuum nomen præsupponat semper suum positiuum, per l. vbi autem non apparet 75. §. vsq. adeo. ibi, cum id, quod bono melius sit, ipsum quoque bonum sit. vbi Raph. & Iason. ff. de verb. obligat.*

## XXXIII.

Scripto fit iniuria, cum quis scripturâ aliqua dolosè despicitur: puta libello famoso, aut alia quadam scriptura.

*l. §. Si quis. & l. seq. ff. de iniur. l. vn. C. de famos. libel.*

## XXXV.

Famosus libellus est, qui ad infamiam alicuius pertinet: vt quo graue aliquod delictum obijcitur: siue autoris nomen adscriptum sit, vel non: siue item adiectum fuerit infamati nomen, vel non sit adiectum, sed omisum.

*d. l. §. Si quis librum. & l. seq. l. Item apud. 15. §. Si quis libello ff. de iniur. Et ibidem VVesenbec. in Paratit. num. vlt. Idem VVesenbec. consil. 22. num. 5. part. 1. Henning. Goden Consil. 107. num. 29. Damhouder. in praxi rer. crimin. cap. 125.*

## XXXVI.

Alia iniuriosa scriptura, non famosus libellus est, qua aliquis



absque infamiae nota dolosè despicitur: vt si quis luscus, spurius, claudus, aliove contumelioso nomine ludibrii causa, in scripta cantilena, rythmo, comædia, &c. appelletur, & traducatur.

*l. doc. Damboud dict. cap. 125. Et VVesenb. dictis locis.*

## XXXVII.

Sequitur de atroci & leui iniuria. Atrox iniuria, quæ & grauis iniuria dicitur, æstimatur, vel personâ, vel tempore, vel facto siue re ipsa, vel loco, vel magnitudine læsionis.

*l. Prætor edixit. 7. §. atrocem iniuriam. & l. sed si vnus 17. §. quedam iniuria, ibi, Enimuerd à seruis graues sunt: crescit enim contumelia ex persona eius, qui contumeliam fecit. ff. de iniur. & §. atrox. Instit. eod. tit.*

## XXXVIII.

Personâ fit atrocior iniuria, cum magistratus à subdito, parens à filio, patronus à liberto, (a) frater à fratre, hospes ab hospite, (b) homo in dignitate constitutus ab humili persona, (c) homo liber à seruo, (d) præceptor à discipulo, (e) iniuria afficitur.

(a) *l. Prætor edixit. 7. §. vlt. ff. de iniur. §. atrox. vers. vel ex persona. Instit. d. t. De iniuria magistratui illata vide quoq; Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. cent. 3. casu 263. n. 5. & seqq. De iniuria patri per filium illata, Moline. ad consuet. Paris. Tit. 1. §. 30. num. 137. (b) Post alios VVurmbser. lib. practic. obser. Tit. 47. de iniur. obser. 9. Alciat. de præsumpt. Reg. 1. præsumpt. 23. num. 7. vbi Io. Nicol. Arelatan. in addit. ostendit hoc exaudiendum esse, de fratribus sui iuris, & separatim focum habentibus. (c) *d. §. atrox. vers. vel ex persona, ibi, vel si senatori ab humili persona. Instit. de iniur. lul. Paul. lib. 5. sentent. Tit. 4. §. atrox iniuria. ibi, persona, quotiens senatori, vel equiti Romano, Decurioni, vel aliâs spectatae auctoritatis viro. Vnde si Doctor ab aliquo infimæ sortis homine iniuria afficiatur, atrox est iniuria. Grauet. consil. 168. n. 10. lib. 1. Guido Pap. quest. 88. Bolognet. n. 70. ad Auth. Habita. C. ne filius pro patre. Et Schrad. d. consil. 40. n. 79. (d) *d. l. Sed si vnus 17. §. quedam iniuria. ff. d. t. (e) Menoch. dict. casu 263. n. 14. & seqq.***

## XXXIX.

Tempore fit atrocior iniuria, si interdum conspiciente populo, vel in conuiuio, vel die festo iniuria alicui imponatur. (a) Item si alicui, cum est in sacerdotio, & dignitatis habitum præfert, iniuria ingeratur. (b)

(a) *d. l.*



(a) *d.l. Prator edixit. 7. §. vlt. vers. tempore. ff. de iniur. Iul. Paul. dict. lib. 5. Tit. 4 §. atrox. vbi Cuiac.* (b) *l. 4. C. de iniur.*

XL.

Facto siue re ipsa æstimatur atrox iniuria, si quis ab aliquo vulneratus, fustibus cæsus, os alicui percussum sit.

*d. §. atrox. Inst. de iniur. d. l. Prator ait. 7. §. vlt. ff. eod. tit.*

XLI.

Loco fit atrox iniuria, veluti oculo percusso: Item si in theatro, in foro, vel in conspectu Prætoris iniuriam quis patiat.

*d. l. Prator 7. §. vlt. ff. de iniur. d. §. atrox. vers. vel ex loco. Inst. eod. tit. Iul. Paul. lib. 5. sentent. Tit. 4. §. atrox iniuria. Menoch. dict. lib. 2. de arbit. Iudic. cent. 3. casu 263. n. 23. & seqq.*

XLII.

Magnitudine læsionis corporis, vel famæ atrox æstimatur iniuria, si vulnus iniuriosè illatum magnum, & periculosum sit: (a) Item si famoso libello bona alicuius fama læsa sit. (b)

(a) *l. Vulneris 8 ff. de iniur.* (b) *Menoch. dict. casu 263. n. 34. & seqq.*

XLIII.

Ex prædictis cognoscitur, quæ sit leuis iniuria. Quæ enim non est atrox iniuria, eam leuem esse credimus. (a) Id quod tamen iudex suo arbitrio æstimabit & definiet. (b)

(a) *arg. §. Videamus itaq. Inst. de his qui sui vel alien. iur. sunt. & §. videamus. Inst. de tutel.* (b) *Menoch. dict. casu 263. n. 2. & seqq.*

XLIII.

Hactenus de iniuriæ impositione, transeundum nunc ad impositæ iniuriæ vindicationem; quæ est, qua iniuriam nobis impositam propulsamus, & contra eam nos defendimus. Eaque vel priuata est, & vulgò retorsio dicitur, vel est iudicialis.

XLV.

Priuata iniuriæ vindicatio est, cum quis propria autoritate, absque iudice, iniuriam sibi illatam confestim propulsat, & in eum à quo accepit iniuriam, regerit eam; siue iniuria sit realis, veluti si manus aduersus aliquem leuata sint: (a) aut stuprator libidinis explendæ causa in faminam quandam irruat: (b) vel sit verbalis iniuria. Nam vt illam incontinenti, etiam armis propulsare licet: (c) ita & hanc incontinenti regerere, iure est permisum, (d) his verbis: Tu-  
men



mentiris, (e) vel id mentiris, vt scelestus & fur: (f) vel hoc nostrate sermone: Solches redestu nicht wie ein warhaffter Viderman / sondern als ein wissentlicher verlogner Ehrendieb. Sed cautio hinc erit, ne quid nimis, ac dispiciendum quo cum aduersario agas: studiosam item protestationem quis adhibeat, quod isthac ad legitimam honoris sui defensionem verba proloquatur.

a) De qua iniuria textus in l. Item apud 15. §. 1. ff. de iniur. (b) l. 1. §. pen. ff. ad Leg. Cornel. de Sicar. Paul. lib. 5. Senten. Tit. 23. §. qui latronem vbi Cuiac. Hac vindicatione quadam alicubi ancilla, siue ministra fuit vsa, quando adolescēti cuidam, qui ei vitium adferre per vim laborabat, virilia præcidit. (c) l. 3. in prin. ff. de iustit. & iur. l. 3. §. cum igitur. l. qui possessionem. 17 ff. de vi & vi armat. l. Sed & partus. 12. §. 1. ibi, mox ego. & ibi Cuiac. ff. quod metus causa d. l. 1. §. pen. ff. ad L. Cornel. de Sicar. Andr. Geil. lib. 1. de pace public. cap. 16. num. 12. Ludouic. Carer. in pract. criminal. pag. 177. n. 18. Et de hac iniuria realis propulsatione, vide præsidis tractatum de bello & duello. lib. 2. cap. 9. (d) d. l. 3. ibi, atque iniuriam propulsamus. ff. de iustit. & iur. l. qui cum. 14. §. si libertus. ibi. Idem puto, etsi ab eo petitus, retorfit in eum crimina. Ignoscendum enim est ei, si voluit se vlcisci prouocatus ff. de bon. libert. (e) l. quæ omnia 25. vbi Bart. & alij. ff. de procurat. Specul. Tit. de aduoc. num. 3. Iason. ad d. l. 3. num. 36. ff. de iustit. & iur. & ibidem etiam Dec. num. 36. Felin. ad c. Dilecti filij. num. 10. extr. de except. Damhouder. in praxi rer. crim. cap. 136. num. 6. Coras. lib. 6. Miscel. cap. 24. num. 6. Vvurmbser. lib. pract. obser. Tit. 46. obseru. 4. & 18. Geil. lib. 2. obseru. 100. num. 3. & seq. Menoch. consil. 107. num. 42. Ioan. Schneid. ad §. num. 8. & seq. Inst. de iniur. V Vesenbec. in Paratit. C. Quando liceat vnicuiq; num. 5. (f) Mynsing. cent. 5. obs. 17. num. 3. & Schrader. consil. 40. num. 34. & aliquot seqq. Tom. 1. varior. consilior. Iurisconsul. Germaniæ. Sed vt thesis habet, verbalis etiam iniuria incontinenti retorqueri debet. Menoch. dict. consil. 107. num. 42. Geil. dict. obseru. 101. num. 3. Petrus Calefatus. num. 9. 11. & 12. Tomo 2. consilior. Non enim honoris tuitio est, sed mera vltio, quæ fit ex interuallo. Est & illud hinc notandum, quod contra replicare non licet. Paul. Cast. & Alex. ad l. vlt. ff. quod quisque iur. Felin. ad c. Dilecti filij. num. 10. in fin. Ias. n. 37. & Dec. n. 36. ad d. l. 3. ff. de iust. & iur. Idem tamen Decius dict. loco tradit, quod licit a sit replicatio ei, qui verum obijcit crimen,

## XLVI.

Et quia contra verbalem etiam iniuriam Incontinenti legitima illa relatio fieri debet, necesse erit ei, quem quis absens iniuria afficit, quamprimùm id certò rescuerit, impositam iniuriam retorquere:



quere: Id quod ex usu fieri potest, vel coram Notario & teste: qui Notarius de regeſtionis illius actu libellum conficere, eumque conuictori inſinuare iubetur: vel potest qui paſſus est iniuriam, sua propria, alienae manu reſtorſionis libellum conficere, eumque per Notarium, vel duos testes alios obſtorſatori exhibere. Et bene ſibi in futurum conſulere qui volunt, recte fecerint, ſi factam a se legitimam illam reſtorſionem, per Notarium in instrumentum publicum redigi curaerint, idque ſibi ſtudioſe aſſeruarint.

## XLVII.

Iudicialis iniuriarum vindicatio est, quae fit instituta iniuriarum actione; qua tenetur non solum is, qui per se iniuriam directo fecit, sed & ille, qui dolo fecit, vel curauit, ut alicui iniuria fieret. (a) Filio tamen emancipato aduersus patrem, & liberto contra patronum non tribuitur iniuriarum actio, nisi atrocitas iniuriae suaserit. (b)

(a) *l. non solum. 11. in prin. vbi Bart. & §. Si mandatum & §. seqq. ff. de iniur.* (b) *l. Praetor. 7. §. praeterea d. l. non solum 11. §. quanquam. ff. d. t. l. cum nec. 6. C. eod. tit. l. Hi tamen. 11. §. 1. ff. de accusat.*

## XLVIII.

ſpectantur autem circa iniuriarum actionem, tum modus instituendi hanc actionem: tum ratio eam probandi, & excipiendi contra illam: tum etiam condemnatio rei conuicti, & absolutio eiusdem non conuicti.

## XLIX.

Instituitur autem iniuriarum actio, vel ciuilititer: vel criminaliter.

*§. In summa. Instit. de iniur. l. 6. l. 7. §. posse hodie. & l. constitutionibus 37. §. 1. ff. eod. tit.*

## L.

Ciuilititer iniuriarum actio institui dicitur, cum actor certam iniuriae poenam a se expressam, & sibi praestandam persequitur.

*Marant. in Specul. part. 4. in 1. iudicior. distinct. n. 5. & 10. Decis. Capell. Tholosan. quest. 145. n. 3. Duar. lib. 1. disput. cap. 35.*

## LI.

Atque haec actio ex vna iniuria quandoque duobus, quandoque etiam tribus competit. Nam filiofam. iniuria imposita, & patri & ipsi filiofam. tribuitur haec actio: vtraque tamen a patre exercenda: (a)

Et sponsae factae iniuria, datur iniuriarum actio sponso & ipsi sponsae:

N

(b) Item



(b) Item vxore iniurijs onerata, marito & vxori actio iniuriarū conceditur. (c) Quòd si vxor filiafam. iniuriam passa sit, & ipsi vxori, & eius marito, item patri illius hæc datur actio. (d)

(a) *l. pater cuius filio. 41. ff. de iniur. l. 2. C. eod. tit.* (b) *l. Item apud. 15. §. sponsum. iuncta l. 1. §. vlt. ff. de iniur.* (c) *l. Eum qui. 18. §. Si nupta. ff. d. t. & d. l. 2. C. eod. tit.* (d) *d. l. 1. §. vlt. ff. b. t. & §. patitur a. quis Instit. eod. tit.*

## LII.

Quòd si pater, non relicto procuratore domi, absens fuerit, aut furiosus vel demens, (a) aut nolit hanc mouere actionem, eius autem persona vilis sit, filij honesta; ipsemet filius de iniuria sibi illata, causa cognita agere potest. (b) Qui si egerit, eius nomine pater postea experiri non potest, (c) sed suo tantum si velit nomine. (d)

(a) *l. Sed si vnus. 17. §. ait Prætor. 10. & §. seq. & §. procuratorem patris. & §. seq. & §. quod deinde. ff. de iniur.* (b) *d. l. 17. §. Interdum tamen. & §. quod autem ait. ff. eod. tit.* (c) *d. l. Sed si vnus. 17. §. Si filiusfam. 21. ff. d. t.* (d) *l. pater 41. ff. b. t. & l. 2. C. eod. tit.*

## LIII.

Si filiusfam. alicui iniuriam imposuerit, aduersus patrem eius hæc competit actio: qui si nolit filium defendere, ipsemet filius conuenitur. (a) Similiter à seruo, qui accepit iniuriam, contra dominum noxale iniuriarū iudicium mouere potest, vt is, vel noxæ seruum dedat, vel litis æstimationem sufferat. (b)

(a) *l. Si filij 36. ff. b. t.* (b) *l. Sed si vnus. 17. §. cum seruus. ff. eod. tit.*

## LIIII.

Proponi autem hæc potest actio, etiam per procuratorem, tutorem, ceterosq; qui pro alijs solent interuenire: (a) Item procurator Rei nomine eam excipere potest. (b)

(a) *l. non solum. 11. §. agere quis. ff. de iniur. & l. licet 42. §. Sed actionem. ff. de procurat.* (b) *l. Si filij 36. ff. de iniur.*

## LV.

Porrò ciuiliter institui iniuriarum actio potest duobus modis: vno, quo actor iniuriam sibi illatam, ad certam pecuniæ summam æstimat, eamque sibi adiudicari petit: (a) altero modo, quo actor ad palinodiam, siue recantationem agit: *Auffeinen Widerruff.* (b) Illam æstimatoriam, hanc recantatoriam vocant.

(a) *§. In summa. vers. Et si quidam ciuiliter. & §. pœna. vers. sed postea Prætores. Instit. de iniur. Maran in Spec. part. 4. in 1. iudic. distinct. n. 5. & 6. Hartman*

Hartman-



Hartmanni ab Eppingen lib. pract. obser. Tit. 49. de iniur. obser. 1. (b) Hac actio non modò usu recepta, sed & Imperatoria Constitutione comprobata est. In Keyserlicher Cammergerichts Ordnung. part. 2. Tit. 28. §. vnd sonderlich. Ex qua ordinatione, & illud apparet, quòd & hac iniuriarũ actio civilis sit, non criminalis. Idẽ tradunt etiam Vurmbser. in pract. obser. Tit. 46. de iniur. obser. 8. & 16. Hartmanni ab Eppingen, lib. pract. obser. Tit. 49. obser. 3. Mynsing. cent. 2. obser. vet. 98. VVesemb. conf. 22. n. 18. And. Geil. lib. 1. obser. pract. obser. 65. Blaver. in comment. ad l. diffamari. in prin. n. 4. C. de ingen. manumiss. Ioachim à Beust. ad l. Nane posteaquam §. Si damnetur. n. 13. & seqq. ff. de iure iur. pag. 178. Dissentit Maran. in Specul. part. 4. in 1. iud. dist. n. 10.

## LVI.

Quæ duæ actiones in eodem libello coniungi, & simul moueri possunt: (a) vt & legis Aquiliæ actio cum æstimatoria iniuriarum actione, si iniuria realis fuerit, & ex ea etiam damnum actor passus sit. (b)

(a) Mynsing. cent. 2. obser. 98. Geil. lib. 1. obs. 65. VVurmbser. lib. pract. obs. Tit. 46. obs. 8. in fin. Dissentit Maran. in dict. part. 4. in 1. iud. dist. n. 12. (b) l. Dominum 8. C. de iniur. & l. qui seruum. 34. in pr. ff. de oblig. & act. Mynsing. cent. 1. obser. 25 & Geil. lib. 1. obser. 63.

## LVII.

Æstimatoria iniuriarum actio, vel civilis est, vel Prætoria. Civilis est, quæ ex lege Cornelia competit ei, qui iniuriosè pulsatus, aut verberatus, aut cuius domus vi introita est: (a) cuiusmodi actio patri ex iniuria filiofam: imposita, non datur. (b) Datur tamen etiam illi, qui quidem non pulsatus, sed aduersus quem manus tantum leuata sunt, quasi vapulaturus; sed utilis non directa. (c) Prætoriana iniuriarum actio est, quæ ex edicto Prætoris de omni competit iniuria, etiam ea, quæ lege Cornelia coercetur. (d)

(a) l. 5. in prin. & §. illud queritur. l. constitutionib. 37. §. 1. ff. de iniur. & §. sed & lex Cornelia. Inst. eod. tit. (b) d. l. 5. §. illud queritur. ff. d. t. (c) l. Item apud. 15. §. 1. ff. b. t. (d) d. l. 5. §. illud queritur ff. d. t. & §. poena autem vers. sed postea Prætores. & vers. seq. Inst. eod. tit. l. 4. in fin. ff. ad leg. Iul. de vi priuata.

## LVIII.

Sed dubia est quæstio, cedi possit iniuriarum actio æstimatoria, necne? Affirmata autem opinio & verior, (a) & receptior est. (b)

N 2

(a) Tam



(a) Tùm quia omni obligatione & actione quis cedere alicui potest. l. 4. ff. de heredit. vel act. vendit. l. 3. & l. vlt. C. d. t. Neq; vsquam ex cessionis iure hæc eximitur actio. tùm quia hæc cui competit actio, ad ea proponendam constituere procuratorem potest, d. l. non solum 11. §. agere quis. ff. de iniur. (b) probat eam gl. ad l. iniuriarum 28. in verb. In bonis nostris. & ibidem etiam Bart. ff. de iniur. Item gl. ad d. l. vlt. C. de hered. vel act. vendit. & ad l. 4. ff. d. t. Ioan. Andr. ad Speculator. lib. 2. de cessione actionis. §. 1. n. 28. sub lit. 6. Petr. Iacob. Aurel. in pract. aurea libellor. Rubr. 158. num. 23. & alij quos citat Tiraq. de Retract. lignag. §. 26. gl. 1. num. 50.

## LIX.

Criminaliter iniuriarum actio moueri dicitur, cùm quis omiffa iniuriarum æstimatoria actione, per inscriptionem, coram Iudice, de illata iniuria conqueritur, & iniuriantem propter impositam iniuriam puniri, non autem sibi quicquam præstari petit.

l. vlt. ff. de priuat. delict. l. 3. ff. de accusat. l. Si quis. 8. C. d. tit. Marant. dict. part. 4. in 1. Iudicior. distinct. num. 9. facit gl. & Bart. ad l. 3. ff. de sepulchro violato.

## LX.

Hanc actionem viri quidem illustres, quique super eos sunt, etiam per procuratores persequi, aut suscipere possunt: (a) Reliqui non possunt, (b) siquidem pœna supra relegationem decerni ob iniuriam queat, (c) quo casu procuratoris constitutioni locus non est. (d)

(a) l. vlt. C. de iniur. §. In summa. vers. sin autem Instit. eod. tit. Imò magnificentissimi Illustres per procuratores tantùm hanc suscipere possunt. Nouell. 71. cap. 7. (b) l. pen. §. vlt. ff. de public. iudic. l. 1. §. 1. ff. an per alium cause appellat. redd. poss. l. vlt. in pr. C. vbi Senat. vel clariss. l. Tunc conuenit. 15. C. de accus. c. veniens. ext. de accus. (c) l. qui iniuriarum. 43. & l. vlt. ff. de iniur. (d) l. 1. ff. an per alium cause appell. redd. poss. l. 5. ff. de pœnis.

## LXI.

Est autem duplex hæc criminaliter instituta actio; alia est extraordinaria, (a) alia accusatio publica. (b)

(a) l. vlt. ff. de iniur. & d. l. vlt. ff. de priua. delict. (b) l. 5. l. Constitutio- nibus. 37. §. 1. ff. de iniur. l. hõs accusare. 12. §. vlt. ff. de accusat. l. vni. C. de famos. libel. l. Si quis in hoc. C. de Episc. & Cler.

## LXII.

Extraordinaria iniuriarum actio est, qua is cuius priuatim interest,



terest, non fuisse sibi factam iniuriam, à Iudice competente petit, ut pronunciet, & sua sententia declaret, puniendum esse Reum, eumque pro suo arbitrio coërceat.

*d. l. vlt. ff. de iniur. l. vlt. ff. de priua. delict. §. In summa. vers. sin autem criminaliter. Instit. de iniur. Decision. Capella Tholosan. quæstion. 145. num. 3. in fin.*

## LXIII.

Publica iniuriarum accusatio est, qua quilibet de populo (a) de iniuria, quæ lege aliqua publici iudicij (b) vindicari iussa est, in iudicio conqueritur, atque Reum pœnæ iuris (c) puniri petit. Cuiusmodi iniuria est, si quis pulsatus, verberatus, domusue alicuius vi introita sit. (d) Vel famosus libellus, aut famosa pictura, dolo malo ab eius autore, vel quo alio, non adiecto nomine infamantis, euulgata sit: (e) vel sacerdoti, aut eius ministro, dum sacra facerent, iniuria sit facta. (f)

(a) *l. 6. ff. de iniur. §. 1. Instit. de public. iudic. l. palam. 43. §. Senatus. ff. de rit. nupt.* (b) *l. 1. ff. de publ. iudic.* (c) *l. ordo 8. ff. d. r.* (d) *l. Hos accusare 12. §. vlt. vbi Bart. in pr. ff. de accusat. iunct. l. 5. in prin. & l. constitutionibus. 37. §. 1. ff. de iniur. iunct. l. 2. §. capta deinde. vers. Deinde Cornelius. ff. de orig. iur.* (e) *d. l. 5. §. Si quis librum. & §. seq. Item l. seq. ff. de iniur. l. ob carmen 21. in princ. ff. de testib. l. vni. C. de famo. libel. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. vlt. num. 25. Ioachim à Beust ad d. l. Nam posteaquam. §. Si damnetur. n. 12. ff. de iureiur. pag. 177. & seq.* (f) *l. Si quis in hoc. 10. C. de Episc. & Cler.*

## LXIV.

Si tamen actum sit criminali iudicio, denegandum est ciuile æstimatorium: similiter ex diuerso.

*l. quod. 6. in fin. ff. de iniur. Facit l. interdum. 56. §. 1. ff. de iniur. Vtrumque enim vindictæ persecutionem habet. l. 2. §. emancipatus. ff. de collat. bono. l. Prætor. 7. §. 1. ff. de iniur.*

## LXV.

Quòd attinet libellum actionis iniuriarum, actor cum discrimine existimationis aduersarij, non potest vagari, sed designare, & certum dicere debet, quam scilicet iniuriam passus sit, (a) locum item & tempus, putà annum & mensem, quo iniuria facta est, exprimere in libello tenetur: (b) & cum eodem tempore diuersæ iniuriæ in aliquem iactæ sunt, tunc eas actor omnes coniungere iubetur: (c) Et si æstimatoria



matoria agatur actione, actor iniuriam ad certam pecuniæ summam æstimare debet. (b)

(a) l. Prator 7. in prin. & §. Praterea. & §. seq. ff. de iniur. l. item exigit. 16. ff. de dolo malo. c. 2. in fin. ibi. Simili specificatione criminum. Tit. de testib. in 6. l. libellorum 3. ff. de accusat. Pet. Iacob. Aurel. in pract. aurea libellor. Rubr. 57. num. 10. Schurpf. consil. 61. n. 17. & seq. (b) arg. d. l. 3. in pr. vers. vtiq; enim. ff. de accusat. & c. Tue 5. vers. Si verò. ext. de procurat. Bart. ad d. l. Prator. 7. in princ. ff. de iniur. Clar. lib. 5. sentent. §. Iniuria. n. 5. Geil. lib. 1. obser. 64. Vbi n. 8. subijcit, quod omisso temporis & loci libellum non vitiet, si hic defectus à parte non opponatur, per l. vlt. C. de annal. except. (c) l. Prator 7. §. Si mihi plures. ff. de iniur. (d) Kayserlich Cammergerichts Ordnuna/part. 2. Tit. 27. §. vnd sonderlich/ibi, auch andere/so auff Belt/durch den Kläger in seiner Klag æstimiert werden. Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. Iniuria. n. 6.

## LXVI.

Sequitur de ratione probandi iniuriarum actionem. Duo autem probare actor tenetur; prius est, in se contumeliosa, vel iniuriosa verba prolata esse, vel factum eiusmodi in se esse gestum ab aduersario: posterius est, quod animo siue affectu iniuriandi, aduersarius ijs verbis vsus sit, aut factum tale gesserit.

Id patet maximè ex his, quæ supra de iniuria modo formali dicta sunt, & tradit Ioseph. Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 902. n. 4.

## LXVII.

Prius autem, cum in facto consistat, testibus (a) probandum erit, aut Scriptura (b) obtrectatoris; posterius verò, ex verborum in primis, aut facti qualitate colligitur: quippe cum verba & facta per se iniuriosa animum & affectum arguant facientis iniuriam, vt quæ notæ sunt passionum, quæ in animo fiunt. (c) Et lingua cordis & mentis interpret sit: (d) consideranda item hic erit persona, quæ contumeliâ quem affecit: siquidem non omnis persona iniuriam facere dicatur. (e)

(a) Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 902. n. 1. (b) Mascard. d. conclu. 902. n. 2. (c) arg. l. si quis extraneus 21. in pr. ff. de acquir. vel amit. hered. l. Labeo 7. §. Seruius. vers. Id Tubero. & vers. seq. ff. de supel. legat. & l. reprehendenda 5. C. de instit. & substitut. Nicol. Boër. consil. 3. n. 3. Mynsing. respons. 51. n. 11. & respon. 60. n. vlt. circa med. Decad. 6. & Resp. 74. n. 8. Decad. 8. Vvesenb. cons. 22. n. 29. part. 1. (d) Eras. Rot. in libello de lingua. pag. 23. (e) vt ostensum est supra Thes. 18. & 19. Et docet Mascard. dict. conclus. 902. n. 8. & seqq.

Quòd



## LXVIII.

Quòd attinet exceptiones Rei conuenti, contra propositam actionem iniuriarum obijci quæ possunt, eæ sunt, vel litis finitæ, vt quæ petuntur à modis, quibus actio iniuriarum extinguitur: vel sunt aliusmodi.

## LXIX.

Extinguitur autem, & tollitur iniuriarum actio varijs modis: Et primò quidem morte, vel eius, qui passus est iniuriam, vel illius, qui fecit iniuriam: quippe cum neque heredi, neque in heredem detur, (a) nisi cum ipso Reo contestata sit. (b) Criminalis tamen iniuriarum actio morte Rei omninò tollitur, etiam post litem contestatam. (c.)

(a) *l. Iniuriarum 13. in prin. ff. de iniur. l. Si eum 10. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. §. Non autem. Inst. de perpet. & temp. act. l. pupillum 111. §. in heredem. ff. de reg. iur. Bart. tamen ad l. vlt. n. 8. ff. de priu. delict. & ad l. lex Cornelia 5. in pr. ff. de iniur. scribit, quòd criminalis iniuriarum actio competat etiam heredi eius, qui affectus est iniuria: quam sententiam sequitur etiam Vvesenbec. consil. 22. n. 16. part. 1. (b) *d. l. Si eum 10. §. Qui iniuriarum. & ibi Dd. ff. Si quis caut. l. omnes 26. l. Sciendum est. 58. ff. de oblig. & act. l. 3. in prin. ff. de fer. (c) *l. vni. C. ex delict. defunct. l. vlt. ff. ad Leg. Iul. Maiest. Bart. ad l. vlt. n. 8. ff. de priu. delict. Mynsing. cent. 1. obs. 98. Vvesenb. d. consil. 22. n. 6. part. 1.***

## LXX.

Sed mortuo actore vel Reo post litem contestatam, non instituitur nouus processus, sed heres defuncti de nouo tantum citari debet, & ita procedi, vt vno verbo omnia acta & actitata præhabiti iudicij repetantur.

*Mynsing. cent. 1. obser. 85. & respons. 7. num. 37. & respon. 51. n. 20. & seqq.*

## LXXI.

Deinde tollitur prætoria iniuriarum actio lapsu anni, (a) ante litis contestationem completi: (b) anni, inquam, utilis, id est, ex eo tempore, quo quis rescit iactam in se esse iniuriam, computandi. (c.)

(a) *l. Si non conuitij 5. C. de iniur. vbi Cuiac. in parat. Ioan. Oldendor. clas. 7. act. 10. de actio. iniur. Anton. Gomes. Tom. 3. cap. 6. n. 15. Siue criminaliter, siue civiliter sit instituta hæc actio, Ang. ad d. l. 5. num. 7. C. de iniur. Cuiacius ad Tit. de diuers. & temp. præsc. cap. 28. Prætorie enim actiones, quæ non continent rei persecutionem, sunt annales. l. in honorarijs 35. ff. de oblig. & act. (b) *l. 2. in princ. ff. de ferijs, d. l. iniuriarum 13. in princ. ff. de iniur. Habetur autem pro.**



autē pro litis contestatione, libellus precū principi datus, si modò ad eū Princeps rescripserit. l. 1. & 2. vbi Cuiac. in parat. C. quando libellus Principi datus. Vnde rectè in Camera, quæ summū Principem representat, Geil. lib. 1. obser. 1. 7. & obs. 41. n. 8. per solam citationem, & eius reproductionem perpetuatur hæc actio, Geil. dict. lib. 1. obser. 64. n. 6. (c) l. Item si cum. 14. §. in causa. vbi Cuiac. ff. quod met. causa. l. 1. §. annus 39. ff. de vi & vi armat. & l. sciendum 19. §. vlt. ff. de Aedilit. edict. Et hanc sententiam praxis sequitur. Myns. cent. 5. obseru. 7. n. 7. And. Geil. lib. 2. obseru. 105. Vvesenbec. consil. 22. n. 6. part. 1. Hartman, Hartmanni ab Epping. lib. obser. pract. Tit. 49. de iniur. obs. 2. vide quoq. Vvurmbser. lib. pract. obser. Tit. 46. obs. 1. Schurpf. consil. 61. cent. 1. Henning. Göden. consil. 102. n. 19. & seq.

## LXXII.

Ciuilis tamen iniuriarum actio perpetua (a) est, non annalis. Vnde si quis de eo, quod pulsatus, aut verberatus, vel domus sua vi ni introita sit, nominatim ex lege Cornelia egerit, annali exceptione repelli haud poterit. (b) Vt nec ille, qui reuocatoria iniuriarum actione agit, (c)

(a) Instit. de perpet. & tempor. actionib. in prin. (b) And. Geil. l. 2. obser. 104. n. 4. Mynsing. cent. 1. obser. 84. & cent. 5. obser. 7. num. 8. Duar. ad Tit. de iniur. cap. 2. Vvesenb. consil. 22. n. 6. part. 1. Henning. Göden consil. 102. n. 18. Ioach. à Beust ad l. Nam posteaquã. §. Si is qui. n. 10. ff. de iureiur. pag. 184. Dissentit Cuiac. in parat. ff. h. t. in fin. & in paratit. Cod. eod. tit. & Oldendorp. clas. 7. act. 10. & alij, de quib. vide Vvurmbser. lib. pract. obser. Tit. 46. obs. 1. (c) Est enim non Prætoria, sed ciuilis hæc actio; quippe cum consuetudine sit introducta, & lege Carolina, vt supra ostensum, confirmata: Id quod sentit etiam Vvesenbec. de consil. 22. num. 20. & 22. part. 1.

## LXXIII.

Quod attinet iniuriam scriptura, vel pictura iactam in aliquem, licet eius actionem nonnulli perpetuam esse tradant, (a) & hæc sententia vsu obseruetur, (b) à theoricatamen veritate hoc alienum esse dogma putamus. (c)

(a) Zas. ad l. cum lex 22. n. 4. ff. de legib. Chilian. König. in pract. cap. 59. vers. Aber das thun. (b) Andr. Geil. lib. 2. obser. 104. n. 4. Chilian. König. d. loco. (c) Tum quia & scripta iniuria, verbalis est iniuria, vt omnes fatentur, cuius actio tantum est annalis. l. 5. C. de iniur. Tum quia & scripta, itemq. picta iniuria actio ciuilis Prætoria est, non legitima. Criminalis quidem est legitima per l. vni. C. de famo. libell. & l. 5. §. Si quis librum. & §. seq. & l. seq. ff. de iniur. At ciuiliter instituta est Prætoria, d. l. quod Senatuscons. 6. vers. ceterum. ff. d. t. Cuiac. in lib. 55. Pauli ad edi-



ad edictum. pag. 76. in prin. Proindeq; annalis. d. l. in honorarijs 35. in pr. ff. de oblig. & act. Id quod sentit etiam Vvesenbec. consil. 22. n. 7. part. 1. vbi respondet ad argumentum, quo post alios Dd. vsitur Geil. dict. obser. 104. n. 3.

## LXXIV.

Etsi verò anno exacto extingatur prætoria iniuriarum actio, ex Dd. tamen sententia, is, qui iniuria affectus est, etiam post annum, iniuriæ nomine sibi illatæ, Iudicis officium implorare potest.

Faber ad §. Sed & lex. Inst. de iniur. Hartman. Hartmanni ab Eppingen. tit. 49. obser. 2. Et Mynsing. cent. 5. obser. 7. n. 6.

## LXXV.

Adhæc tollitur iniuriarum actio, conuentione partium: putâ pacto, item transactione, vt & iureiurando.

l. non solum 11. §. 1. vers. proindeq; ff. de iniur. De pacto est etiam textus in l. Si tibi. 17. §. 1. ff. de pact. & de iureiurando text. est in l. 5. §. hac lege permittitur. ff. de iniur.

## LXXVI.

Perit item hæc actio dissimulatione, vt si verbis vel indicijs contestatus non sit illicò is, cui iniuria facta est, ad animum se eam reuocare. (a) Quòd si continuò reuocarit ad animum iniuriam, licet postea salutet conuitiatorem, vel manum ei præbeat, aut osculetur eum, vel bibat & edat cum eo, non actionem tamen, sed duntaxat rancorem, vt Dd. loquuntur, ei remisisse intelligitur. (b)

(a) §. vlt. Inst. h. t. l. non solum 11. §. 1. ff. eod. tit. l. Si tibi. 31. ibi, habita contestatione. C. de liberal. caus. (b) Capell. Tholosan. Decis. quæst. 234. Ioseph. Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 902. n. 25. Et de osculo vide quoque eundem Mascard. vol. 3. conclus. 1156. num. 5. & Bald. ad Tit. 53. De pace tenenda. §. Iniuria. vide item VVurmsfer. lib. pract. obser. Tit. 46. obser. 3. & 12. Ioan. Dilectum in tractat. de arte testandi cautela 34. Et Guil. Onciac. lib. quæstion. iuris philosophic. quæst. 2. num. 3. & 4.

## LXXVII.

Remissa tamen iniuria, vel pacto, vel transactione, vel iureiurando, vel dissimulatione, non censetur remissum damnum & interesse.

l. Qui seruum 34. in prin. ff. de oblig. & act. & l. dominum 8. C. de iniur. Mynsing. cent. 4. obseru. 10. Baptist. Villalob. in communib. opinionibus, in lit. I. Francis. Viuius in communib. opin. in lit. I. opin. 141. Menoch. de Recuper. poss. Remed. 1. n. 307.

○

Ioachim.



Ioachim à Beust. ad leg. admonendi. n. 58. ff. de iniur. pag. 272. vide Bart. ad l. 1. §. vsq. ad eò. ff. de iniur. & consilior. criminal. Tom. 2. cons. 65. n. 10. & 18.

## LXXVIII.

Aboletur item verbalium iniuriarum actio, legitima relatione. siue ut vocant, retorsione. Qui enim incussum sibi notam, rursus verbis excussit, frustra iudiciū postulauerit: Et inciuiliter apud iudicem quaeritur, qui ipse sibi, iureque iudex extitit & ultor.

Bart. de Saxo ferrato consil. 5. n. 12. Tom. 1. consil. crimin. Guil. Onciac. lib. quest. iur. Philosophicar. quest. 4. n. 5. Alciat. consilio suo in materia duelli, non longè à principio. Dissensit Ludolph. Schrad. cons. 40. n. 77. iunctis ijs, quae prius toto illo consilio tradidit, Tomo 1. consilior. varior. Iurecons. German.

## LXXIX.

Sed an pœnitentia conuictoris, putâ reuocatione iniuriosorum verborum, tollatur iniuriarum actio, quaestio anceps est. (a) Nobis negata opinio placet. (b)

(a) Felin. ad c. cum dilecti. num. 16. extra de except. Lanfranc. ad. c. quoniam contra, cap. 7. num. 3. & ibi Celsus in addition. ext. de probat. Et Ioan. Baptista de Plotis consil. 131. num. 17. Tomo 1. consilior. criminal. scribunt, quòd etiam intra 30. dies per pœnitentiam tollatur iniuriarum actio. Caterum Hieron. Cagnol. ad l. quicquid calore 48. ff. de reg. iur. Et Vasq. lib. 1. quest. illustr. cap. 18. num. 38. tradunt, incontinenti si reuocata sint iniuriosa verba moueri actionem iniuriarum non posse. (b) per l. quid sit fugitiuus. 17. §. 1. ff. de Ædilit. edict. l. qui ea mente. 65. ff. de furt. & l. pen. ff. vi bonor. rapt. & d. l. Si non conuictij 5. vers. Si autem in rixam. C. de iniur. Et facit huc, quòd ipsa obrectatoris pœnitentia, non numeratur inter modos tollendae obligationis, sub Tit. Instit. quibus mod. tolla. oblig. & Tit. ff. de solution. Quodq. causa cessante, non cessat consummatuſ effectus in iure quaesito, putâ in obligatione & actione quaesita. Tiraquell. in Tractat. Reg. Cessante causa. limitat. 11. & 12.

## LXXX.

Aliusmodi exceptiones depromuntur à qualitate, tum personæ, quæ intulit iniuriam, & in quam iacta est iniuria, tum ipsiusmet facti, aut verborum, quæ quis pro iniuriosis habet. Non enim quæuis persona iniuriam facit, nec personæ cuius fit iniuria: neque factio aut verbis quibuslibet, imponitur iniuria: uti supra ostendimus.

Est &



Est & illud hic notandum, quòd Reus etiam per iuramentum purgationis, se ab instituta iniuriarum actione liberare potest: vt si iudex consideratis personis, & iniuriæ circumstantijs, dubitet, an iniuriandi animo, quid dictum aut factum sit. Proindeque ipsi Reo iusiurandum illud deferat, & reus iuret, quod non iniuriandi animo id dixerit, aut fecerit.

*L. non damnatos 18. in fin. C. Ex quib. causis infam. irrog. Andr. Geil. lib. 2. obseru. pract. obser. 106. n. 3. 5. & 6. Ioachim. à Beust. ad l. posteaquam. §. Si damnetur. n. 18. ff. de iureiur. pag. 179. Vbi subiicit, non esse Reum onerandum hoc iuramento, si coram iudice dixerit, se non animo iniuriandi quid protulisse, aut dixisse, sed ad hoc per alias circumstantias motum fuisse, & se de actore nihil nisi bonum & honestum loqui posse.*

LXXXII.

Sequitur de condemnatione Rei conuicti. Quòd si Reus motam iniuriarum actionem non elidat, & ciuilitè actum sit æstimatoria iniuriarum actione, iudex considerata iniuriæ qualitate, atrox scilicet, an leuis sit, (a) vel sequitur æstimationem actoris, vel minoris iniuriam æstimat, (b) respiciens ad id tempus, quo facta est iniuria. (c) Deinde si rem illud suadere ac postulare videat, per interlocutoriam actorem iurare iubet, quod taxatam illam summam ex suo patrimonio, si eius vis tanta fuerit, amittere, quàm pati eam iniuriam malit. (d) Quòd si actor ad moderationem illam, & taxationem iudicis iurare nolit, eò quòd minùs opinione sua æstimatum putet, iudex interloquitur, & recusanti sub comminatione absolutoriæ sententiæ, iuramenti præstationem iniungere potest. (e) Denique præstito iuramento, Reum in taxatam pecuniæ summam actori præstandam, condemnat. (f)

(a) *l. Prator 7. §. atrocem. l. Sed si vnus. 17. §. quedam iniuria. ff. de iniur. §. atrocem. Inst. d. 8. Sic anno 1559. 14. Iunij, in Camera Imperiali, magistratus cuiusdam loci pro hac atroci iniuria, quòd actorem immeritò in carcerem compegerat, condemnatus fuit ipsi actori inducentos aureos. Item anno 1560. 23. Februarij, actori pro hac atroci iniuria & damno, quòd vulneratus, & oculis priuatus fuit, Reus condemnatus est in 20000. florenos Rhenenses. (b) §. Pœna autem. vers. sed postea Pratoris. Inst. eod. tit. (c) *l. iniuriarum 21. ff. de iniur. (d) Maranta in Spec. part. 4. in 1. Iudici. distinct. n. 6. Decisio. Capella Tholos. quest. 145. Andr. Geil. lib. 2. obser. 102. n. 8. & seqq. & obser. 103. num. 4. Myns. Respon. 51. num. 25. & seqq.**



Hartman. Hartmanni ab Eppingen lib. pract. obser. Tit. 49. obser. 1. Forma autem huius interlocutorie talis est in Camera Imperiali: In der Schmach sachen N. gegen N. ist erkannt / mög oder wöll gemelter N. ein Eyd zu Gott schweren / dz er vil lieber 400. Gilden / so er es hett / verlieren wöll / dan solche Schmach nochmals gewertig seien / das soll gehört werden / vnd er thue das oder nicht / ferner ergehen / was recht ist. Non tamen planè necesse est, vt hoc iusiurandum Actori deferatur, Ioan. Faber ad §. Sed & lex. Instit. de iniur. & Mynsing. dicto Respons. 51. n. vlt. Nusquam enim ius ciuile, vt iudex hoc iusiurandum ab actore exigat, precipere videtur, quippe cum iurifiurando in litem locus sit, quando actor vel rem suam, vel certum sibi debitum corpus à Reo petit, sicuti arguit totus Tit. ff. de in litem iurando: vt proinde ex actioni huius iurifiurandi necessariò astrictus iudex non sit, §. 1. Instit. de offic. iudic. (e) per l. Si non fuerit. 37. & l. seq. ff. de iureiur. And. Geil dict. lib. 2, obser. 102, num. 11. Vbi dicit, ita in Camera obseruatum esse. (f) Dd. ad lit. d. citati.

## LXXXIII.

Quòd si actor moriatur pendente lite, eius heredi iuramentum hoc deferri potest.

Mynsing. dict. Respons. 51. n. 29. Facit, quòd & iusiurandum in litem heredi potest deferri, vt ostendit Phanut. in tractat. de in litem iur. part. 2. membro 4. n. 3. Confert etiam huc maximè, quòd iniuria defuncto illata, ad eius heredem pertinet. l. 1. §. quotiens. & §. seq. ff. de iniur.

## LXXXIIII.

Sed an iudex in sententia sua etiam rationem habere debeat damni, si quod ex reali iniuria actor contraxerit, etiam si de damno mota quæstio sit nulla, in dubium vocatur? Quidam (a) id affirmant, nos negandum putamus. (b)

(a) Ang. ad l. Si non conuicij 5. n. 10. & ad l. dominum 8. C. de iniur. Decis. Capella Tholosana, quæst. 145. Et affirmationi patrocinari videtur, d. l. dominum 8. C. de iniur. & l. interdum 56. §. 1. ff. de furt. & l. qui seruum 34. in prin. ff. de oblig. & act. (b) Damno enim non iniuriarum, sed Legis Aquilia actio proposita est. In actione iniuriarum aestimatur contumelia tantùm, damnum verò in actione Legis Aquilia. l. Item apud. 15. §. Si quis seruo verberato. 46. ff. de iniur. l. 5. §. 1. ff. ad Leg. Aquil. Confert quoque huc, quòd iudex non nisi imploratus suum officium imperit. Atque hanc sententiam tenet Cyn. ad d. l. dominum. 8. C. de iniur. Sed plerumq; de reali iniuria actionem mouens, etiam ipsius damni mentionem facit, & simul de utroq; contumelia scilicet et damno, queritur. Quod cum sit, rationem iudex etiam damni habere debet, non solum si expresse damni aestimatio sit petita, sed & si ea non fit



fit petita nominatim: si libellus tamen clausulam salutarem habeat: per ea, que tradunt Mynsing. cent. 4. obser. 55. Et And. Geil. lib. 1. obseru. pract. obser. 61. n. 10. & seq. & obser. 108. n. 7.

## LXXXV.

Quòd si ad palinodiam siue recantationem sit actum, & Reus conuictus sit, tùm is sententia iudicis, secundùm actoris petitionem, condemnatur, & coram ipso iudice palam reuocare iniuriosa verba tenetur. (a) In sententijs autem Camerae Imperialis, iubetur Reus coram iudice prioris instantiæ recantationem illam facere, etiam si eius Iudicis sententia sit reprobata. (b)

(a) Ioachim. à Beust ad l. Nam posteaquam. 9. §. Si damnetur. n. 15. ff. de iur. iur. pag. 178. In suprema tamen Curia Vvürtembergica, vt & alijs in iudicijs huius Ducatus, simpliciter pronunciat, daß dem beklagten den Klägern geklagter massen zu schmehen nicht gebürt / noch gezimbt / sondern daran zuuil vnd vnrecht gethon hab / ic. Neque additur, daß er beklagter derhalben ihme Klägern / einen gewöhnlichen Widerzuff zuthun schuldiz sein solle: Sicuti nec fieri recantatio illa solet, eò quòd existimatur, actori satisfieri hoc ipso, quod pronunciat, Beklagter hab Klägern daran zu vil vnd vnrecht gethon. (b) Vt testantur sententia Imperialis Camerae, pag. 509. & pag. 761.

## LXXXVI.

Si criminaliter extraordinariè agatur, tùm iudex ex officio pro suo arbitrio pœnam Reo irrogat: (a) & quidem pro iniuriæ & personæ conditione durius, vel mitius eum punit. (b) Serui flagellis cæsi, dominis restituntur: liberi homines vel pecuniaria pœna fisco inferenda, vel pœna corporis afficiuntur, & quidem humilioris loci fustibus subijciuntur: cæteri vel exilio temporali, vel interdictione certæ rei coercentur. (c)

(a) §. In summa. vers. sin autem criminaliter. Instit. de iniur. (b) l. hodie 13. iunct. l. aut facta 16. §. persona. ff. de pœnis. (c) l. vlt. ff. eod. tit. de iniurijs. d. l. aut facta 16. in prin. iunct. §. persona. ff. de pœnis.

## LXXXVII.

Si in publico iudicio de iniuria agatur ex lege publici iudicij, (a) tùm Reus in pœnam ea lege definitam condemnatur. (b) Ex lege enim Cornelia, si publico iudicio agatur de eo, quod quis pulsatus, verberatus, domusue eius vi introita sit, Reus si homo liber sit, partis tertiae bonorum publicatione punitur: (c) si seruus fuerit, extra ordinem duriori pœna plectitur. (d)

O 3

(a) l. 1.



(a) l. 1. ff. de public. iudic. (b) l. ordo 8. ff. d. r. (c) l. Hos accusare 12. §. vlt. in prin. vbi Bart. iuncto vers. Item Cornelia iniuriarum. ff. de accusat. & l. 4. in fine, ibi, de iniurijs. ff. ad Leg. Iul. de vi priuat. (d) d. l. Hos accusare 12. §. vlt. ff. de accusat.

## LXXXVIII.

Quòd si publico iudicio aduersus eum agatur, qui sine nomine & cognomine suo famosum libellum scripsit, vel ab alio scriptum euulgauit, ea plectitur pœna, quæ cõuerteretur in ipsum infamatum, si de obiecto crimine conuinceretur.

Peinliche Halsgerichts Ordnung/ Kayser Karls des V. Articulo 110. l. vn. C. de famo. libel. Ioach. à Beust. ad l. Nam posteaquam. §. Si damnetur. n. 12. pag. 177. vide etiam Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. q. 68. n. 25. Olim hic Reus condemnatus instabilis fiebat. l. 5. §. Si quis librum. iuncta l. seq. ff. de iniur.

## LXXXIX.

Si publica accusatio facta sit eius, qui sacerdoti, vel eius ministro, dum sacra faciunt, iniuriam obtulit, tum Reus sententia capitali vindicatur.

*l. Si quis in hoc. 10. C. de Episc. & Cler.*

## XC.

Præter has pœnas, condemnatus suo nomine, siue ciuilitè, siue criminaliter sit actum, etiam infamia notatur: (a) vt & ille, qui precio quantocunq; pactus. ne secum iniuriarum ageretur. (b)

(a) l. 1. l. Athletas 4. §. vlt. ff. de his qui infam. notan. l. iniuriarum 10. & l. non damnatos 18. C. Ex quibus causis infam. irrog. l. infamem 7. ff. de public. iudic. Leuit. cap. 24. And. Geil. lib. 2. obs. 102. n. 1. & 6. Quod tamen attinet actionem iniuriarum ad palinodiam institutam, hanc non irrogare condemnato infamiam, autumant Myns. Respons. 60. in fin. Decad. 6. & Vvesenb. consil. 22. n. 25. part. 1. (b) d. l. non damnatos 18. C. Ex quib. causis infam. irrog. & l. 6. §. pactusue. ff. de his què notantur infam.

## XCI.

In sententiâ tamen reclamatoria expressè honoris fit reseruatio, daß ihme solches an seinen Ehren vnnachtheilig. (a) Vt & iure Vvirtembergico in quavis iniuriarum verbalium sententia, modò Reus non perleueret in verbis iniuriosis. (b)

(a) And. Geil. lib. 1. obs. 65. n. 6. Sunt qui vident hunc Curie stylum, & eius autores vocant legum contortores, quos planè dignos putant, qui non alio, quam  
hominis



hominis ex hoc iudicio condemnati, id est, infamis, testimonio (quale est palinodia) decorentur. Verum quia hac ad palinodiam instituta actio alia est ab estimatoria iniuriarum actione, atque hac estimatoria condemnatus qui est, sit infamis legum autoritate, non autem consuetudo, aut Imperatoria constitutio, qua illa reclamatoria inuenta & approbata est actio, infamem pronunciet condemnatum ea actione, certè nostro tantum privato decreto pro infamia notato haberi ille nõ debet: quippe cum non ipsum per se delictum, sed actio si ea sit famosa, delinquentem no-  
 ter. (b) §. Würt. Hoffgerichts Ordnung/part. 3. Tit. 25. §. doch sollen dar-  
 durch.

## XCII.

Sed & alia effugiendæ notæ leges diuerticula subministrant: vt Reus non per se, sed per procuratorem litem suscipiat: quo casu sententia in procuratorem, tanquam Dominum litis profertur, qui tamen condemnatus non notatur, vt nec ipsemet Reus.

l. furti 6. §. Si quis alieno. l. Seruus 14. l. Lucius 21. in fin. ff. de his, qui not. in-  
 fam. l. 2. ff. de obseq. parent. & patron. prest. Gloss. in c. cum te à B. & ibidem Fe-  
 lin. num. 2. ext. de re iudic. VVurmbser. lib. practic. obser. Tit. 46. obser. 5. Mynsing.  
 Respons. 51. n. 24. And. Geillib. 2. obseru. 102. n. 7. Ioach. à Beust. ad. l. Nam postea-  
 quam 9. §. Si damnetur. n. 9. ff. de iureiur. pag. 174. & seq.

## XCIII.

Similiter si Reus ciuilitè conuentus, ante litem contestatam, vel ante conclusionem in causa, vel si conclusum sit, ante condemna-  
 tionem, iniuriæ æstimationem persoluat, non notatur infamia, vt Dd. volunt; (a) quamuis à theorica veritate alienum videatur. (b)

(a) per l. Si Reus 73. ff. de procurat. VVurmbser. dict. obser. 5. Andr. Geil. d.  
 obseru. 102. num. 12. & obser. 103. Ioachim à Beust. dict. loco. num. 11. Ratio esse vi-  
 detur, quod non ipsum per se delictum infamiæ maculam Reo aspergit, sed vt is ob  
 iniuriam à se iactam in aliquem infamia notetur, sententia iudicis condemnato-  
 ria contra eum pronuntiata sit necesse est. l. 1. §. Qui furti. l. 4. in fin. ff. De his qui  
 notantur infam. l. 5. l. iniuriarum 10. C. Ex quibus causis infam. irrogatur. (b)  
 Per d. l. 1. §. Qui in iudicio publico, ibi, pactusue erit, & l. 4. in fin. ibi, pactusue  
 erit, iunct. l. seq. l. 6. §. pactusue. ff. De his, qui infam. notant. l. Non damnatos  
 18. C. Ex quibus causis infam. irrogatur.

Neq;



## XCIV.

Neque irrogatur illi infamia, si de iniuria (vt similiter Interpp. habet commentum) autoritate iudicis, tranfigat cū aduersario suo. Quòd si priuatim tranfigat, non effugit hanc maculam, nisi gratuitò remissa sit iniuria.

*per d.l. non damnatos 18. C. ex quibus caus. infam. irrog. d. l. Athletas 6. S. pat. Et usue. ff. de his qui notan. infam. And. Geil. dict. obseru. 102. n. 13. & seqq. & n. 17. Mynsing. Respons. 60. n. 9. Decad. 6.*

## XCV.

Restitutione item in integrum elui hæc macula potest.

*c. Cum te 23. ext. de sent. & re iudic. l. 9. §. 2. vers. Ergo & si potuit, ff. de Minorib.*

## XCVI.

Postremò quod attinet Rei absolutionem, ea fieri sententiâ debet, si is intentionem actoris vel accusatoris, exceptionib. suis, & defensionibus excluderit. Quo facto iudex dispiciet, qua mente quis ductus ad actionem vel accusationem hanc processerit. Et siquidem iustum eius errorem repererit, innocentem eum relinquit, (a) etiam salua & integra existimatione illius. (b) Quòd si in euidenti calumnia eum deprehenderit, pœnam ipsi irrogat: (c) quæ in priuato iudicio est extraordinaria: (d) In criminali extraordinario iudicio præter talionem (e) similiter extraordinaria: (f) In publico autem iudicio præter talionem, (g) periculum infamiæ. (h)

(a) *l. 1. S. Sed non vtiq. ff. ad Senatuscons. Turpill.* (b) *l. 3. C. de calumniatorib. V. Vurmbser. lib. pract. obser. Tit. 46. obs. 5. & 13.* (c) *d. l. 1. S. Sed non vtiq. ff. ad Senatuscons. Turpill.* (d) *l. 3. ff. d. t.* (e) *l. vlt. ff. de priuat. delict.* (f) *d. b. 3. ff. ad Senatuscons. Turpill.* (g) *l. 7. & vlt. C. de calumniat.* (h) *l. 5. C. d. t. & l. 3. ff. ad Turpill. c. 1. & seqq.*

*5. q. 6.*

FINIS DISPUTATIONIS  
QUARTA:



Ka 3071

(3/4)

ULB Halle

3

003 261 573



sb

Einblind. 3/1.









Disputatio III.  
DE FENIURIIS,

Q V A M;

*Spiritus sancti fauente gratia:*

S V B P R A E S I D I O

CONSULTISSI-  
MI VIRI, DOMINI HENRICI BO-  
GERI, V. I. D. CLARISSIMI, ET IN ILLV-  
stri Tubingenium Academia Iuris Feudalis Professoris  
celeberrimi, Praeceptoris sui deuote  
colendi,

ORDINARIII EXERCITII GRATIA,  
*hora locoq; consuetis, pro exigui sui ingenioli viri-  
bus propugnabit*

IOANNES SEBASTIANVS  
LVTZ, STVDGARDIANVS.



T V B I N G E,  
*Apud Georgium Gruppenbachium.*

ANNO M. D. XCVIII.

L

